

1717

ASCETICI

1718

emplar latinum recensui *Vol. I. P. 2. col. 2444.* ubi etiam Exemplaris germanici inter Codices *ms. Christinae Suec. in Vaticana* memini. Praesens ἀνεπίγραφον est, et incipit, ut latinum: *Manigveltigleich in mangerlay weis hat got vnser herr Jesus cristus durch sein ewangelisten czweliffboten lerer vnd Junger &c.* Nomina tamen propria, ut fit, diversimode a latinis abeunt. *Purgatorium Patritii* semper adpellatur *die Weizen*, quae vox *Wizze, Wizzi, Weice, Wice* jam apud *Keronem* pro *Poena, Tormentum* occurrit, neque inter *ruricolas super. Austriae*, dum de adparitione Animarum purgantium sermo est, prorsus exolevit. Ad finem *penult. Cap.* Librum hunc scripsisse dicitur *pruder niclas von der astaw*, sive legas *ascaw. Nicolaum Astonum* proferunt *Literatores Angli*, et congrueret aetas; floruit enim circa a. 1363. Verum is *Frater* non fuit. *Aschavia super. Austriae* Oppidum est.

Anterior Theca praefert *Galeam Trenbachiorum*. Post prius Opus legitur: *Das puechll Ist Herrn Ortholphen von Trenbach ze sand mertten.* Thecae posticae ruditer adpictum est Insigne *Trenbachiorum*, circumdatum aliis 7, videlicet: *Sattelpogen, Achdorff, Zenger, Stabell, Aystershaim, Sincendorff* et *Anbanger*, quae Familiae cum *Trenbachiana* conubiis junctae fuere, ut colligi potest e *Genealogiis Austr. super. J. G. Adami L. B. Hobeneckii,*

nunc vero praeter penultimam omnes extinctae sunt.

DCCXVII.

Codex chartaceus ital. Sec. R. 1216 XVI. Folior. 46. 4. pereleganter exaratus inscribitur: *Salmi di Messer Bernardo Tasso*, dicaturque *A la Sereniss^a. Madama Margherita di Vallois Duchessa di Savoia*, quam *Francisci I. Franciae Regis* filiam *Emm. Philibertus Dux* in toro habebat. Et reipsa Exemplar nostrum illud esse, quod ad *Margaritam* misit Autor, probat cum summus calami nitor, tum Insigne *Sabaudicum* circumfluo *Virginis* vulgo *Annuntiatae* equestri torque thecae utrinque auro impressum, denique Dicationis ipsa data *Di Venetia. il XV. di Decembre. del. MDLIX.* ad apicem reddita a *Gabr. Giolito*, qui *Psalms* hos XXX. non e *Davidicis* conversos, sed proprio ingenio *Bernardi* non minore pietatis adfectu, quam linguae metricae cultu elaboratos primus in lucem etulit *Venet. 1560. 12.* cum reliquis *Tassi* Poematis (*Rime*) in V. Libros divisit, Libroque Hymnorum et Odarum. Unum est, quod Dicationi editae deesse video: *Di V. Altezza Humill. et perpetuo Seruo Il Tasso*; quod, cum a reliqua scriptura differat, ipsius *Bernardi* manum habeo. Psalmi ipsi incipiunt: *Perche sommo Motore In me de l'ira tua gli strali aventi &c.* De eorum Editionibus videri possunt *Autores citati*

1719

C O D I C E S

1720

citati a *Tirabosco* T. VII. *Storia della Letterat. Ital.* P. III. L. 3. p. 88. Mihi filius *Torquatus* patris *Bernardi* luminibus apud Populares suos obstruxisse videtur, libenterque de eis usurpo; quod est apud Poetam: *Fortes creantur fortibus.*

*Pectore magnanimum forti qui uincis Achillem
Carole, Pannonii Dux generose soli.*

Scribendi occasio:

*Sic mihi materiam quaerenti scribere sacram
Principium fecit carminis ipsa dies.
Festa dies Michaelis adest, qua fertur in orco
Luciferum uinclis ipse ligasse trucem.*

Elegia *Grassii* est, Hymnus sapphicus *Byzantii*, qui orditur:

*Quid sacrae, magni Soboles Tonantis,
Quas iuvant Pindi nemoralis umbrae,
Verba cessatis fidibus canoris
Jungere Musae?
Lux adest Divi Michaelis alma &c.*

Uterque Poeta non infecundae venae. Posterioris quaedam etiam typis edita videre me memini. Ab Eruditorum Lexicographis tacentur.

DCCXIX.

R. 353 Codex chartaceus germ. Sec. XVII. Folior. 327. f. nitide per-scriptus Versio est praeclari Operis *Job. Lud. Vivis Hispani Va-*

DCCXVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. X. R. 57^a VI. Folior. 15. 4. inscribitur: *Elegia et Hymnus de Virtute et Officio Angelorum. Ad Serenissimum — Carolum Archiducem Austriae &c. A Joanne Grassio Geldro et Bernardo Byzantio Heluetio. Anno Domini. M. D. LXVII. Praeit elegiaca Dicitio:*

lentini de Institutione Feminae Christianae, Virginis, Conjugis, Viduae, quod is latine scripsit ad Catharinam Aragonicam tunc Henrici VIII. uxorem reginam, anno 1519. ut fol. 324. adferit noster Interpres, sed rectius 1523. isto enim anno Brugis 7. Apr. subscripta est ad eandem Principem Dicitio. Est porro Interpres hic Job. Jacobus Gatt zum Hof vnd Aigen nobilis quidam Τοραεχης, for-

fortassis ex illustri *Hoferorum* in *Bavaria* colentium stirpe, qui laborem suum *Mariae Annae* Filiae *Guilelmi* Religiosi *Bav. Ducis*, et *Ferdinandi* Archid. *Austr.* post Imp. II. Conjugi sacrum voluit et signavit: *Actum Aigenn am tag des heiligen Erzengels Michaelis, welcher ist der 29. Septembris Im Jar 1606.* Trias observo: *Vivis* autoris nomen nullibi memorari a Traductore; interpolari quibusdam locis Opus, et hanc rationem *fol. supracit.* reddi: *Das aber etliche schöne exempel so jünger sein gemeldet werden, ist dises ain ursach, dieweill ich mit disen, an ortten, da sichs gereumbt hat, bemeldtes Opus zu uerbessern mich entschlossen habe; demum videri, ignorasse Gattium, Opus istud non multo ante jam germanice a *Cph. Brunone* V. J. Lic. redditum, typisque *Egenolpbianis* *Francof.* 1566. c. elegantibus figg. xylographicis f. inscriptum fuisse *M. Jacobinae* *Badensi*, quae in *Guilelmi* *Constantis* pariter *Bavariae* Ducis toro fuit. Dixi videri; tota enim Versio nostra a *Brunoniana* abit. Meretur ceterum haec *Vivis* Institutio, ut paullo plenius, quam apud singulos Literatores reperias, de ea tradatur. Ut editionem principem *Basil.* 1538. 8. habeam, adduci nequeo. Belgicam praecessisse plusquam vero simile; quomodo enim jam Versio hispanica *Valentiae* typis *Georg. Costillae* 1528. f. prodisset? Itaque *Brugis* a. 1523. quo, ut supra dixi, ad *Angliae* Reginam missa est, etiam excusam*

autumo, quamvis Exemplar videre non contigerit. Sequatur jam praedicta editio *Basil.* 1538. et *Francofurtana*, itidemque *Basileensis* 1613. 8. Quoniam vero alteri Sexui scriptus fuit Liber, hispanice conversus prodiit, ut dixi, *Valentiae* 1528. f. tum *Caesaraug.* 1555. et *Pinciae* seu *Valisoleti* 1584. 8. italice *Venetis.* 1546. 8. gallice *Lugd.* in 16. *Antverp.* in 8. et ex alia versione apud *Joh. de Tournes* 1580. 16. De versionibus germanicis jam actum est. Anglicae meminit *Nic. Antonius* in *Bibl. Hisp. nova*, quin tamen excusam memoret. Demum lingua primitiva Institutio haec cooptata est in T. II. *Opp. omnium Vivis Basileae* 1555. f. Hunc porro nec suo defuisse Sexui docet Codex sequens.

DCCXX.

Codex chartaceus germ. Sec. R. 324 XVII. Folior. 203. f. eodem nitore perscriptus Versio est Libri *Viviani de Officio Mariti*. Interpres idem *Joh. Jac. Gatt*, qui laborem hunc ipsi *Ferdinando* Archid. *M. Annae* Marito ex eodem Loco, 26. Dec. 1600. dedicat, sincerum se religionis catholicae cultorem, pauperem quidem, sed nobili loco natum, servitiique archiducalis cupidum professus. Innuit praeterea, Libri cujusdam a nato Duce et quondam *Hildesensi* Episcopo vernacule compositi Versionem in latinam linguam se meditari; in eo vero graviter hallucinatur, quod Opus praefens primo